

CAPUT VIII.

Dato semel in Senatu decreto super violentia ex actorum inspectione, illis tamen diminutis : an postmodum eis integris, possit, ejusdem appellationis virtute, super eodem articulo Regius iterum haberi recursus per hanc viam violentia.

SUMMARIUM.

- 1 Decretum violentie per viam nullitatis, appellationis aut revisionis, revocari non potest.
2 Cavallos refertur asserens decretum violentie transire in rem judicatam, quoad Senatum inferiorem, non tamen quoad consilium supremum, quia illud potest reformare, & revocare, vide num. 36.
3 Sententia lata contra rem judicatam est nulla ipso jure.
4 Decretum violentie, que non viene per la orden de en estado, non impedit, ut iterum ordinato processu, queat oppressus super eodem articulo, & appellatione ad Senatum recurrere.
5 Sententia absolutoria ob ineptum libellum non impedit alium bene conceptum noviter proponere.
6 Succumbens ex actione inepte proposita iterum apte agens auditur.
7 Decretum violentie, que per agora no haze fuerca, &c. non impedit, quominus oppressus accedente postea violentia, queat super eodem articulo ad Senatum recurrere.
8 Agens ad debitum conditione non impleta, & succumbens, poterit illa impleta iterum agere.
9 Succumbens ob non probatam rei possessionem in adversario, contra illum denuo possidentem potest iterum agere.
10 Causa defensionis limitata limitatos producit effectus.
11 Decreto vim non fieri, lato semel in Senatu, essentialibus tamen actis deficientibus postea tamen integris posse ejusdem violentie respectu iterum haberi recursum, defendit Autor.
12 Acta integra facta a iudice Ecclesiastico, de essentia sunt recursus regii, ut vis delegi possit.
13 Sententia lata actis non integris, sed diminutis transportatis, est nulla ipso jure, & que executionem non meretur.
14 Et hac nullitas non excusatur praesumptione boni juris.
15 Exceptio processus non integri ante omnia per iudicem examinanda.
16 Gratianus reprobat, & varius arguitur.
17 Decretum violentie latum actis non integris, legis forma, & ordo omittitur.
L. Regia 36. tit. 5. l. 2. recipi. ibi, en la forma acotumbada, &c. & manden traher el proceso, &c. ponderatur, & interpretatur, ibidem.
18 Sententia actis diminutis dicitur lata ordine perturbato.
19 Actis non visis, vel eis non integris, sed diminutis, sententiam ferre, idem est.
20 Causa vera ubi requiritur ad substantiam actus, non sufficit eam habere pro subsistente.
21 Factum male, aut minus plene ex integro est agendum.
22 Dispositio licet intelligatur de primo actu, non tamen de nullo, & inusulter gesto, quia iterum utiliter geri potest.
23 Dispositio licet intelligatur de primo actu, si ex eo non satis sit intentioni disponentis, alius fiat, ut ex integro satisfiat.

- 24 Per decretum violentie actis non integris latum, non satisfiet fini, & intentioni Principis juris, divini, naturalis, & Canonici, cum vis subsistat.
25 Dispositio pro certa causa (provis violentie propulsio) durat durante causa.
26 Causa durante semper durat, quod ob causam introductum est.
27 Per decretum violentie, scilicet illam non adesse, non integris actis latum, major iudici datur occasio violentie insidendi.
28 Decretum violentie nunquam transit in rem judicatam.
29 Extrajudicialis actus licet post decem dies per appellationem non revocetur, tamen sic quandocunque per viam recursus, & querela.
30 Actus extrajudicialis nunquam transit in rem judicatam.
31 Condemnatus per tres conformes sententias, que non transeunt in rem judicatam, non auditur ulterius appellans.
32 Desertio appellationis ab actu extrajudiciali non precludit viam querela.
33 Decreto (vim non fieri) semel dato ex actis non integris, potest oppressus eis simultaneis ad Senatum recurrere super eodem articulo violentie, tamen cum limitationibus.
34 Decreto violentie semel dato actis non integris non adit oppressus Senatum iterum per viam appellationis, nullitatis aut revisionis, sed extrajudicialiter, ac si nunquam datum sit decretum.
35 Remedium salubre violentie non est credendum, vel le Principem fidele, & apparenter prabere, manente adhuc vi.
36 Cavallos reprobat, asserens decretum violentie, transire in rem judicatam.
37 Cavallos reprobat, asserens, consilium supremum revocare, & reformare decretum violentie latum a Cancellaria, vel alia audientia inferiori, & seqq.
38 Cavallos reprobat, asserens, Nuntium de appellatione cognoscens non posse sententiam ferre contrariam decreto violentie directo ordinario inferiori.
39 Decretum violentie non facit instantiam, nec prajudicium paribus, nec transit in rem judicatam.
40 Cognitio super iustitia cause principalis remanet salva superiori per decretum violentie, quod cum superiore nec loquitur, nec intelligitur.
41 Iudex superior causa cognita potest super sententia executione & attentatis terminare, nullo habito respectu ad decretum violentie directum inferiori.
42 Deferendum, vel non, licet ad sui instructionem possit cognoscere iudex inferior, tamen superior non impeditur, super admitienda, vel recitanda appellatione, & attentatis, terminare.
43 Superioris interlocutio super admitienda, vel non admitienda appellatione, & revocatione attentatorum, etiam stante decreto directo regio inferiori est novum gravamen, & diversa persona oppressa, diversus iudex, & nova violentia & sic nova appellatione, & recursum indiget.
44 Auxilio novo indigent qua de novo emergunt.
45 Dispositio intelligitur rebus sic stantibus, que propter supervenientiam nova causa alteratur.
46 Decreto violentie si iudex ipse per litis discursum contrariam ferat sententiam, nova appellatio, & novus recursus est necessarius, quia nova est vis.
47 Concilium supremum se intramisisse nunquam in reformatione decretorum violentie Regii tribunalis inferioris, nec visum, nec hactenus auditum est.
48 Decreto violentie semel dato, actis tamen diminutis, tunc ad Senatum iterum potest recurri, si acta que deficiebant erant omnino essentialia ad detegendam violentie existentiam, non alias.

Oppressus

- 49 Oppressus, qui ex actis diminutis semel obtinuit decretum contra se, licet vim non fieri, potest eis integris, iterum recurrere, scias autem appellatus.
50 Pars appellata, que contra se reportavit decretum in Senatu vim fieri actis diminutis, non potest eis integris ulterius recurrere, quia caret appellatione, & sic fundamto, quo violentia fundatur.
51 Violentia committitur in non deferenda legitima appellatione, non tamen in deferenda non deferenda.
52 Iudex non deferens iusta appellationi puniatur.
53 Iudex deferens appellationi minus legitima non puniatur.
54 Oppressus affirmans in Senatu acta esse integra, non auditur postea ex capite processus diminuti volens noviter recurrere ad Senatum super eodem articulo.
55 Oppressus ut iterum possit recurrere ad Senatum super eodem articulo ex capite processus non integri, debet de hoc constare notorie, & evidenter ex actorum inspectione aliter non auditur.
Et quomodo consulatur oppressus ut hoc modo notorie appareat, ibid.
56 Notarii fidei standum ad asserentis alia acta non esse ad responsonem provisionis de autos diminutos, quoad processus inspectionem super violentia procedit Senatus.
57 Actis novis apparentibus facit variare fidem Notarii, contrarium asserentis, & si est laicus, puniatur a Senatu.
58 Giurba distinctio, an si sententia sit nulla ob acta non integra, reprobat.

Ingenuus fateor, in hac questione plus discere quam docere me velle: siquidem dato semel decreto vigore unius appellationis quocumque modo acta accesserit ad tribunal, si iterum preteritum processus non integri, velit oppressus, alia nova non accedente violentia, ad idem confugere, pro alio decreto obtinendo; videretur potius accedere pro prioris revocatione, & saltem quasi per viam nullitatis petere revisionem iterum, quod nullo modo patitur, ut post Avenda. de exeque. mand. cap. 1. numero 32. vers. & quia provisio. in prima parte. Gasp. Rodrig. tractatu de annu. reddit. lib. 1. quest. 17. num. 73. Practic. Moner. in 5. tractatu de Cancell. tit. Siguesi el terero proceso que es Ecclesiastico, ad fin. fol. 93. & seqq. ad fin. fol. 94. & l. 35. lib. 2. recap. latius diximus suo loco, a neutro decretorum genere in articulo violentie dari appellationem, supplicationem, nec etiam permitti nullitatem, aut alium recursum: ergo dicendum est in hoc casu: ut nullo modo iterum admittatur oppressus, quantumcumque de actorum diminutione, ac dismembratione dixerit.

Uterius & pro hac parte negativa facit, quoniam licet tribunalis Regii inferioris fere cognitione per viam violentie respectu consilii supremi propter eius soveraniam; nunquam transeat in rem judicatam; quominus queat super eodem articulo violentie datum decretum per Cancellariam, aut aliam Regiam audientiam reformare, revocare, seu in melius ponere: tamen respectu ejusdem tribunalis, & Cancellarie, que decretum violentie protulit, sive iustum, sive iniustum, eo non admittitur appellatio, supplicatio, aut alius recursus: quia respectu sui transivit decretum in rem judicatam, ita hanc considerationem late profectur Cevall. (quem multo post hoc vidi) in tractatu de cognit. per viam viol. 2. q. 74. a n. 24. usque ad fin. ubi casum, & exemplar recenlet fol. 283. igitur oppresso semel dato uno decreto in tribunali, ostium penitus claudendum est, ne aliter recurrere possit, cum decretum jam transierit in rem judicatam, quia sententia lata contra rem judicatam est nulla ipso jure. Bald. in l. 1. col. 2. n. 5. vers. ex praedictis, C. quando provo. non est

neesse, & in cap. si a nobis, 65. & ibi Philipp. Franc. num. 12. vers. 3. sed queritur, de appellat. & hanc esse communem opinionem testatur, & sequitur Franc. in c. dilecto 63. quest. 41. sub num. 94. de appell. late profectur Scaccia de appell. q. 11. a num. 194. cum pluribus seqq.

Sed nihilominus ut in rem gravi, atque difficili cum distinctione procedamus; Tres casus distinguendi sunt: Primus quando in Senatu post actorum inspectionem decretum fuit, processum non venire per ordinem debitum, & statum, puta, quia deficit appellatio, & tunc dubium non est, iterum super eodem articulo, & ejusdem appellationis causa, & occasione, posse iterum ad eundem Senatum recurri, quando processus conduci possit ordinatè, ac debito, seu legitimo modo, quia ex eo decreto nihil super articulo violentie decretum fuerat, ad similitudinem sententia absolutoria ab observatione iudici, vel ab instantia, puta, propter ineptum libellum, ut possit iterum eadem causa in iudicium referri, bene concepto libello, ut probant text. in leg. sed & si pupillus, §. si institoria, & ibi gl. Bal. & expressus Alberi & Sallie. ff. de instit. & in l. Mevius, in fin. & ibi quoque Alber. ff. de pact. dotal. & coram. & ibi Petr. Anchar. in 4. not. de rescript. & cap. exam. de rescript. Signorol. conf. 142. in quest. ventente, col. 2. vers. praterea in simili, ubi alia jura citat Ancharan. in cap. ne captandus, col. 1. in 3. de concess. prebend. lib. 6. bonus textus in clem. & ibi Cardin. Flor. in 2. notab. & alii de appellat. late Tiraq. in leg. boves, §. hoc sermone, limit. 1. a numero 26. qui dicunt, quod ille, qui actionem, aut libellum ineptum proposuit, & ob id fuit repulsus, vel succubuit, debet iterum aptè agens audiri de novo.

Secundus casus est praecedenti similis, puta: quando decretum est in Senatu, que per agora no haze fuerca y se le remite, &c. quod tunc contingit, quando reperitur in actis, iudicem nihil appellationi respondisse, an defereret, vel non; vel quando conquiretur de exequutore nolente deferre appellationi per aliquem interjecta, eo puta, quia eum citavit, certantem non esse comprehensum, coram quo oppoletur exceptionem legitimam, & nihil contra eam iudex dixerit. Vel quando est appellatum ab aliquo iudice conditionaliter, nisi me admiseris ad probandum, vel concesseris terminum, &c. & non expectata determinatione, & gravamine iudicis, recurrit ad Senatum per viam violentie, & pluribus aliis, de quibus per discursum hujus operis: quoniam postmodum facta, & accedente violentia super eodem articulo, poterit absque dubio, iterum ad Senatum confugere, ut in casu superiori, & ex identitate rationis.

Pro quo facit, nam qui nondum conditione impleta, egit ad debitum, & ob id succumbit; tamen ea conditione postea impleta, denuo iterum potest agere, l. grege, ff. si sub conditione, ff. de adilitio edicto, l. mater, §. eandem, vers. & ideo si forte sub conditio. ff. de exequeutione rei judi. Tiraq. in d. §. hoc sermone, limit. 1. n. 16. & melius facit, nam si actor ideo a iudice sit repulsus, quia rem petitam reus non possideret, poterit licite iterum agere, si reus inceperit possidere, l. quoties, §. ult. l. sed & si postea, ff. de nox. act. l. si a te, in princ. & l. rem meam, & l. si quis ad exhibendum, ff. de except. rei jud. l. procurator ad exhibendum, in princ. ff. rem ratam haberi, l. neque 3. ff. ad exhibendum, latius comprobatur Tiraq. in repe. l. boves, §. hoc sermone, limit. 1. n. 17. ff. de verb. signific. fol. 232. & quia hoc idem dicitur, & indicat similitudinem Doctorum conceptio, quia est limitata, ac ideo limitata causa defensionis limitatos producit effectus. Maria Socin. conf. 26. ex iis que in facto, colum. 2. versiculo postremo posito, lib. 1. Tiraquel. in tractatu causa cessante, sub num. 147. ubi per totum late comprobatur regulam

L 4 gene.



generalem, quod causa limitata limitatos producit effectus.

11 Tertius & difficillimus casus est, quando directe latum est in Senatu decretum super articulo violentie, puta; vim non fieri, sed tamen deficientibus aliquibus essentialibus actibus, quae sine dubio si simul starent cum aliis, penitus appellationem iustificarent, manifestamque violentiam detegerent: & tunc si postmodum apparuerint cum processu, opinor, posse denuo iterum eisdem appellationis virtute, & super eodem articulo ad eundem Regium Senatum, seu audientiam per hanc viam violentiae recurri, ad quod moveor sequentibus.

12 Primo, quoniam ad huiusmodi extrajudicalem cognitionem per viam violentiae omnimodo sunt essentialia omnia acta integra, quae facta suere coram iudice Ecclesiastico, aut aliter veritas rei, qualitas & natura appellationis detegi non poterit, nec violentia iudicis apparere, ut latissime supra e. 2. & praecipue in §. 1. a princ. adeo ut etiam in iudicialibus si superior actus non integris, sed cum diminutione, & dismembratione transportatis sententiam ferat, nihil agere videatur, sed ipsa sententia sit nulla ipso iure, adeo ut executioni mandari non possit, ita determinavit Rom. Rom. in una Corton. honorum de Scaecio Mercurii 28. Junii 1589. quae inter relatas per Prosper. Farinac. est decis. 104. reserverunt, & decis. 107. n. 2. alteram etiam Rotae decisionem, quam post Marquell. citat, & sequitur Joan. Hieronym. Campanil. divers. jur. canon. rubr. 11. cap. 13. sub n. 14. fol. 367. Fiviz. decis. 11. n. 13. p. 3. & per l. 2. ubi gloss. & B. num. 1. & Jal. nu. 15. Decius nu. 33. C. de edend. Felu. qui communem dicit in cap. Ecclesia sanctae Mariae, ante nu. 17. de constitu. tenet eleganter Marecosum variari. resolut. lib. 2. cap. 43. a num. 1. cum seqq. maxime hodie fiante Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20. §. praeterea, quod habet decretum irritans, quae nullitas non excusat praesumptione boni juris. Socin. Jun. conf. 8. num. 3. lib. 2. sed imo parte opponente prius iudex de ea cognoscere debet. Pute. decis. 72. numer. 6. lib. 3. optime Marecot. ubi proxime, n. 3. ubi testatur saepe ita tenuisse. Rot. ut in una Patavina decimarum 4. Julii 1576. coram Grass. & in Verulla. Spolii 3. Maii 1586. coram Plat. & in alia Venet. legitimitatis 26. Febr. 1597. coram Penia: etiam si adsit in commissione clausula (quam, & quas, &c.) quia post Tridentin. Signatura, & Rota intelligunt, ut non operetur, nisi transportato processu, prout fuisse tentum in una Valenti. Parochial. 13. Januarii 1580. coram Blancheto, testatur Marecot. d. l. 2. cap. 43. n. 4. qui m. 5. ampliat hanc doctrinam, & quod huiusmodi sententia lata actis non integris sit nulla ipso iure, tenet post Bald. Purpurat. & alios, Ant. Gabr. commun. concl. lib. 2. tit. de appellat. concl. 5. in fin. & post B. ut in l. 2. is apud quem, n. 5. vers. tertio modo, & ibi Bald. n. 5. vers. ex quo nota, C. de edendo, tenet Cassiad. decis. 2. n. 10. de appellat. Caes. de Grass. decis. 73. aliqui 9. opponebatur, n. 5. de caus. post. & propriet. quos sequitur Sigismun. Scaccia de appell. quest. 20. n. 8. 11. & seqq. qui d. n. 11. testatur, ita fuisse decitum in Rota, 13. Februar. 1609. in una Anconita. pecuniar. coram Sacrat. ex quibus quidem clare convincitur Gratianus discept. for. cap. 121. n. 26.

16 & 27. qui in totum non esse nullam putavit. Igitur si primum decretum latum non visis actis integris, deficientibusque essentialibus penitus ad articulum, nullum reputatur, nihilque ex eo actum videatur: licet poterit de novo ad Senatum recurri, quia non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum ex regula juris. Et advertere quod ipse Gratian. 4. part. cap. 91. numero 28. nostram opinionem tenet absolute post plures Rota decisiones Farinacii, quas allegat; vide etiam quae contra Giurbarum dixi ad finem hujus cap.

Secundo facit, etenim lato decreto actus non integris non est servata forma, & ordo datus a l. Regia 36. in §. lib. 2. recopil. ibi: en la forma acostumbrada, & ibi: Manden traber a las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesiastico originalmente, el qual trabado sin dilacion lo vean, y si por el les constare que la apelacion esta legitimamente, &c. quae verba intelligi debent de integro, quia ita iuris intellectus suadet, ut late diximus supra, cap. 2. §. 1. a princ. & quia rei appellatione tota continetur, quare per diminutionem actuum decretum latum dicitur ordinis perturbatio: ita docet Bald. in l. is apud quem 2. n. 5. vers. ex quo nota, C. de edendo, sequitur Scaccia de appell. q. 10 sub n. 8. ad princ. Farinac. decis. crimin. 121. n. 4. Purpurat. & Bal. n. 6. in l. 2. C. de edend. Marius Giurba decis. 26. sub num. 1. qui etiam dicitur, quod idem est sententiam ferre non visis actis, vel illis non integris, seu essentialibus diminutis, prout promiscue sic loquuntur Doctores supracitati in primo fundamento, praecipue videndus Scaccia d. num. 8. cum sequentibus, post alios ibi. Ergo iudicandum est, ac si nunquam venisset, cum forma non sit servata, quia quoties vera causa requiritur ad substantiam actus, non sufficit, eam habere per subsistentes, l. si forte ff. de castrens. pecul. ibi, veritatem enim spectamus, non quod quis finit. Alexand. conf. 27. num. 10. volum. 1. tenet Perez de Lara (doctissimus & peritissimus quondam Advocatus; nunc in eritissimus Senator, necnon integerrimus iudex) in tractatu amover. & Capell. lib. 2. c. 4. num. 109.

Tertio est textus optimus in l. si maritus §. fin. cuius mirabilia verba sunt: Si quis adulterum, & adulteram simul detulerit, nihil agit, poteritque quasi neutrum detulerit, rursum a quo velit, initium facere, quia nil prima delatione egit, sed in leg. Jul. de adult. quom text. in simili proposito Tiraq. in leg. bovis, §. hoc sermone, l. sub n. 2. qui ibidem n. 20. pulchre inquit, ut id quod male sit aut minus plene, ex integro est agendum, cuius dictum fuit glossae in cap. Diptherum 7. quest. 1. & ipse Tiraq. ibi n. 20. & 21. mirabiliter hoc comprobavit ex eo, quod si in baptismo, vel in ordinibus non est servata forma, atque inutiliter semel fiant, licet sint Sacramenta nullatenus reiterabilia; tamen potest, iterum denuo solemniter rite, & recte celebrari, ac confici ubi plerumque in comprobationem adducit.

Hinc est, ut dispositio loquens de actu, licet intelligatur de primo l. boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. signi. tamen non intelligitur de primo actu nullo, invalido, sine effectu, & aliis inutili, quia tunc iterum abtque impedimento alius actus utilis fieri potest, ita latissime post alios quamplurimas doctrinas nullum concludentes huic proposito congerit Tiraq. d. l. §. hoc sermone, limitat. 1. d. n. 1. usque ad finem.

Quarto, & pro hac parte facit, quia licet omnis dispositio simpliciter loquens, debeat intelligi de primo actu, & prima vice, ut ita iterum reiterari, aut repeti non possit, tamen si in primo actu non est satisfactum legi, aut dispositio intentioni, licet potest iterum fieri, & celebrari, itaque actus repeti, ut ex integro satisfaciatur dispositio, ita scribit Bald. in l. fidei commissis, §. si quis alicui decem, ff. de legat. idem Bald. post Cyn. in leg. veluti. §. hac vox, per illum textum, & ibi quoque Alex. Jal. & Jacob. de S. Georg. ff. de edend. & ipse Bal. in l. qui per salutem, in fin. nova lectura, per illum textum, & ibi etiam Alex. & Jal. ff. de iur. jur. latissime prosequitur pluribus doctrinis, & exemplaribus comprobans Tiraq. in l. boves, §. hoc sermone, limit. 6. per totam, & post Roman. Nat. Felin. Dec. Gramat. Tiraq. & plures alios refert, & sequitur Anton. Gabr. lib. 2. commun. opinio. tit. de leg. & constitu. concl. 2. limit. 2. n. 28. Menoch. conf. 85. n. 124. volum. 1. Barbof. in divor. §. quod in anno, n. 21. ff. solut. mari. acutissimus Perez de Lara in tractatu de amover. & Capella. lib. 1. cap. 3. n. 28. Igitur

24 tur cum ex decreto lato in Senatu, actus integris non visis, non satisfiat Principis, & legis tam regiae, quam naturalis, divinae, ac canonice intentioni, dicantur; ut vi oppressus defendatur, & vis tollatur, ubi iudicem Ecclesiasticum perperam processisse ex actuum inspectione fuerit compertum, etenim certum est deficientibus essentialibus actibus (quibus natura appellationis detegitur, five iustificata, five etiam alterata) quandoque decerni vim non esse, ubi vis adest evidens ex integris actis, quandoque vero vim adest; ubi ex eisdem nullam fuisse apparet: ergo ex integro Principis intentioni satisfaciendum est, ne violentia subsistat.

25 Quinto haec pars probatur, nam haec cognitio per viam violentiae inventa est, & introducta per certa, & determinata causa, scilicet, per tollenda violentia, ut notum est: sed dispositio per certa, & determinata causa, non intelligitur per primo actu, & prima vice duntaxat, sed durat durante causa, ut tenet Felin. in cap. 2. treuga, & pace, limit. 4. post Bar. in l. 1. col. fin. ff. ad Jul. majest. arg. leg. continuis, §. qui in sul. ff. de verb. oblig. leg. veteres, cum l. seq. ff. de itinere, actusque priva. Angel. in l. unum, ad fin. versum adde ff. de sepulchro violato, Panorm. in d. c. 2. in fin. Joan. de Plat. in l. 1. col. 2. vers. & simplex, & determinata, Cod. de navic. & Greg. Nat. in repet. elem. sepe, in princ. col. 6. vers. mihi magis placet, de verbor. signific. Decius conf. 562. viso puncto, colum. 1. vers. ad idem facit, Tiraquell. in d. §. hoc sermone, limit. 1. vers. ubi n. 2. ponit per regula generali, quod durante causa, debet semper durare id, quod ob causam introductum est, & concessum, l. semper, §. negotiator, ff. de iur. immunita. & l. si cui, §. 1. ff. ex quibus caus. major. l. 3. §. omnes, ff. de iudic. l. Titia, §. si sit as ff. de legat. 3. l. qui omnibus ff. de adminis. l. ius. per quae iura ita tenet Signor. Homodeus consil. 153. Paterfamil. col. 1. n. 6. Tiraquell. in tractatu causa cessante, l. part. num. 17. incipit, & illud.

27 ergo cum post dictum decretum inutiliter latum remaneat, & subsistat violentia, ab eaque non desistat iudex Ecclesiasticus: imo ex decreto, quo dictum fuit, vim non fecisse, eatur durat major ocaasio illi infensit, & in ea perleverandi contra naturam, & principalem, ac honestissimum finem charitativae protectionis, & cognitionis per hanc viam violentiae; ergo recursus denegantus non est; quoque vis tollatur cum effectu.

28 Sexto, & pro hac opinione fortiter urget, etenim hoc decretum nunquam transit in rem iudicatam, quia violentiae cognitio a sua origine usque ad finem est penitus extrajudicialis, prout saepe diximus, & latissime suis locis probavimus; led actus extrajudicialis nunquam transit in rem iudicatam, imo etiam post decem dies, licet via appellandi sit seclusa tamen per viam aditus, & querele, & recursus quandoque consistit de illius iniquitate, potest denuo peti, revocari,

29 ac reponi: text. in cap. concervationi, de appellat. lib. 6. Probant Imol. in cap. fin. num. 5. & 12. de praesumptio. ubi Abb. sub num. 5. post princ. pulchre Lapus alleg. 61. num. 4. vers. & extrajudicialis, Cardin. Tufichus practica. conclus. litera E. concl. 5003. n. 7. tom. 3. Rebuff. tractatu de appellat. in praesation. num. 69. & 70. tom. 3. fol. 468. Idem Abb. in cap. 1. num. 13. post princ. de his quae sunt a major. par. cap. Cardin. conf. 140. salum tale est magister & post alios Felin. in cap. fin. sub num. 33. ad fin. de praesumptio. Hieronym. Gozzal. in regul. de mens. & alter. gloss. 9. in annotat. n. 31. faciunt etiam notata per Lancelot. de attent. 2. part. cap. 13. limit. 2. num. 1. & 3. & nos late diximus infra, 3. part. cap. 12. vers. quo cognitio nihil mirum, a num. 21. cum sequentibus: & quod actus extrajudicialis nunquam transeat in rem iudicatam, & ideo possunt quandoque etiam post decem dies retractari, licet sit appellationis remedium sublatum, tenet Scaccia de appellat. quest. 19. rem. 3. num. 19. & post Franc. & Lancelot. idem in quest. 17. n. 42. declar. 3.

igitur prohibitio appellationis in hoc decreto per viam violentiae non est in consideratione, quominus iterum hac iusta, & legitima causa poterit denuo ad Senatum recurrere.

Quod comprobatur, & consonat, nam licet simus in sententia, quae nunquam transeunt in rem iudicatam, & aliquis fuisset per tres sententias conformes condemnatus, non possit ulterius audiri per viam appellationis, qui tertio appellare non licet, ut loquendo in matrimonio Surd. conf. 223. publicatis, nu. 3. lib. 2. plures citat Ant. Gab. commun. conclus. lib. 2. tit. de execution. rei judi. concl. 1. ampliat. 6. nu. 3. & etiam in actis extrajudicialibus, quae non transeunt in rem iudicatam. Si tamen deferatur appellatio extrajudicialis, licet per viam appellationis non audiat ulterius, ut ex Abb. refert Philipp. Franc. in cap. cum sit Romana, §. colum. 3. nu. 15. de appellat. & iterum in cap. directe 39. sub n. 8. concl. 6. versus finem, de appellat. Scaccia de appellat. quest. limit. 1. nu. 6. & 7. tamen alia via, scilicet, querele, poterit gravatus, de iniquitate actus docere, & audiri, docent Abb. in cap. fraternitatis, sub nu. 2. vers. ultimo ponderabis, de frigid. & maleficia: & hac via poterit causam denuo inchoare, idem Abb. in cap. sua nobis, sub num. 7. & Philipp. Franc. sub num. 10. de appellat. Antonius de Burr. in cap. lator 7. versus finem, de sent. & re iudic. pulchre Ruiu. conf. 79. quaritur 1. nu. 1. lib. 5. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 1. n. 8. qui dicitur, non obstante appellationis prohibitione possit hoc modo, negotium inchoari. Igitur cum hoc decretum per viam violentiae, tanquam extrajudiciale suapte natura, non transeat in rem iudicatam, a prohibitione appellationis, non poterit argumentari ad recursum novum ex tam iustissima causa postulatum, ut violentia adhuc existens propulsetur.

His igitur suppositis, opinor, hanc partem affirmativam fore amplectendam, nempe quod semel dato decreto in Senatu Regio super articulo violentiae, ex processu tamen non integro, atque deficientibus aliquibus actibus omnino necessariis, ex quibus veritas rei, & violentiae detegi possit, scilicet iudicem vim fecisse: possit iterum oppressus virtute ejusdem denegatae delationis suae appellationi, adire Senatum, querelem denuo proponendo, & ordinariam postulando, & ejus virtute omnia acta integra aportari facere, & ex eis veritas detegenda, & novum decretum dandum, juxta quae ex novis & simultaneis actibus legitime, atque iudicis visum fuerit limitationibus, & declarationibus, de quibus inferius, a n. 48. & sequentibus.

Nec obstat primum argumentum contrariae partis, scilicet, quod est prohibita revisio, appellatio, & nullitas in illis cognitionibus per viam violentiae, quia hoc est verum; sed hac via nec Senatus aditur per viam appellationis, nullitatis, aut revisionis, sed denuo extrajudicialiter pariter aditur, ac si nunquam fuisset de illo articulo cognitum, sicut de aliis decretis, quibus non venire in statu, aut per ordinem decretum est; quia primum decretum fingitur non factum, imo caret nomine & effectu, l. 4. §. condemn. ff. de re iudic. illudque nec est in consideratione, nec impedimentum: quoniam non est credendum, ut tam salubre remedium, ad propulsendam viam, veli jus, & Princeps, ut sic etque inutiliter praebatur, & duntaxat apparet, remanente adhuc violentia, quod praesumendum non est, quia esset verbis impositam esse legem, non rebus.

Minus obstat secundum ex doctrina Eoval. dicitur decretum super articulo violentiae transire in rem iudicatam, quia certe praecipiter loquutus est, immemor ejus, quod ipse pluries dixerit, in eodem tractatu de cognitio. per viam violentiae, hanc cognitionem a sui principio usque ad finem esse extrajudicalem, & nihil judicialitatis habere, quod nec ipse, nec alius negare poterit, ex iis quae late diximus pluries suo loco: si ergo est



est extrajudicialis, quomodo potest compari, ut transeat decretum in rem judicatum, cum actus extrajudiciales nunquam transire in rem judicatum, probavimus bene supra, fundam. 6. pro hac parte; implicat enim actum esse extrajudicalem, & transire in rem judicatum, juxta ea, quae nos copiose, infra, 2. part. cap. 13. à princ. quia non ex eo, quod non possit appellari, nec supplicari, nec de nullitate dici, asseverandum est, transire decretum in rem judicatum.

37 Sed & quod pejus est, aliud majori reprehensione dignum temere affirmat ille Ceval. d. quasi. 74. à num. 24. 2. part. ut scilicet, Consilium supremum possit reformare, revocare, aut corrigere decreta super articulo violentiae lata per Cancellariam, aut aliam audentiam regalem, quae quidem assertio aliena est, & indigna tam docto viro, ipse enim motus est quadam facti contingentia, cujus varietate processus temeraria valde rationem conquisivit, qua difficultatem evadere potuisset, sed mercede in alias ingeniores incidit. Et ut ubi, doctè Lector, rei veritas luceat; facti speciem breviter referam, prout Ceval. ibi: Visitator Ecclesiasticus privavit administratorem officio administrationis, & statim exequutus sententiam, ad illam altero admisso, privatus appellavit, & ob denegatam delationem recurrit ad Cancellariam Regiam; cognita causa qualitate per actorem inspectionem, decretum fuit vim non facere visitatorem, sibi que remissum processum; condemnatus coram Nuntio Apostolico prosequutus fuit suam appellationem, qui causa cognita, citatis partibus, & expedita temporali inhibitione, revocavit executionem per viam attentati, tanquam factam legitimam appellatione pendente, Patroni dicti Hospitalis ab hac sententia Nuntii ad Romanam Sedem appellare, & ob sibi denegatam delationem confugere ad Regium Consilium supremum per viam violentiae, ubi Senatus supremus, vim non fecisse Nuntium Apostolicum, decrevit.

38 Ex hac igitur facti specie, quae facillima est, & frequenter usitata, indubitabilis, tot doctrinas à juris principalis alienas inducit Ceval. ibi, quae certè lectoris aures offendunt, & in primis sententiam Nuntii, qui causa cognita sententiavit, esse contrariam decreto Regio, ac ideo non posse ipsum de eo articulo cognoscere, super quo jam semel judicatum est per viam violentiae. Sed evidenter labitur, siquidem notissimum est principium, ut finis hujus cognitionis extrajudicialis nullus alius sit, nisi ut iudex inferior non exequatur, nec attentet contra jus, sed omnia desinat in eo statu, quo sunt tempore prolatae sententiae, donec appellans ad superiorem recurrat pro remedio, detinendo interim iudicem, donec consequatur hic finis, & ut liberè causa in eo statu ad superiorem vadat, ut possit de ea judicare, secundum quod de jure visum fuerit. Etenim decretum Regium nullum facit instantiam, nec praesudicium tam partibus, quam superiori, nec transit in rem judicatum, sed certat duntaxat, ut tota jurisdictione, & causae cognitio integraliter (prout de jure) ascendat ad Superiorem, cujus favorem hujusmodi decretum Regium respicit. Tribunal autem de nudo illo facto, an appellatio sit deferibilis, vel non, cognoscit, ad praedictum finem duntaxat, ita ut tota cognitio super iustitia articularum pertinentium ad causam salva remaneat ipsi superiori, cum quo nec intelligitur, nec loquitur decretum Senatus, de quibus, saepe diximus supra, cap. 1. & 2. à numero 183. & omnes Doctores de cognitione per viam violentiae tractantes, uno ore profitentur, nemine dempto.

39 Igitur superior postquam de causa cognoverit, poterit super illa (prout sibi de jure videbitur) judicare, nullo habito respectu ad decretum Regium, dire-

40

ctum inferiori, & de articulo executionis, seu attentati cognoscere, non fecus, ac si ipse iudex suo proprio motu, & abique decreto Regio aliquid gesserit, quod & latius probavimus supra, cap. 2. versiculo tertio notandum est, quod cum fuit, & intentio, &c. à num. 186. & comprobatur expressè, quia licet iudex inferior quoad se possit de nudo facto cognoscere ad sui instructionem, an appellationi delatorum sit, vel non: tamen ista declaratio non facit jus quoad partes, nec respectu iudicis ad quem, quominus ipse iterum possit prout sibi de jure visum fuerit: an sit admittenda appellatio, vel non admittenda de jure pronuntiari, ista est mirabilis doctrina Philip. Franc. in cap. constitutus, num. 19. & n. 9. de appellat. & post Contrarium, & alia tenet Scaccia de appellat. quasi. 11. à num. 1. cum sequentibus.

41 At si aliquis ex litigatoribus senserit se gravatum ex sententia, & pronuntiatione superioris, poterit appellationem prorumpere ab illa, cui si non desatur, poterit libere recurrere ad Senatum Regium, sub cujus districtu degat ipse superior, quo declarabitur violentiam esse, vel non, secundum quod per actorem inspectionem repererit: hic enim novus est articulus, nova violentia, & à diverso iudice, noviter perpetrata, diversus oppressus, & nova adhibita causa cognitio. Igitur quid mirum, ut eo modo, quo potest, & debet de novo appellare ab hoc novo gravamine, & articulo, possit etiam liberè ejus vigore recurrere ad Senatum Regium per hanc viam violentiam, in quo nihil attenditur primum decretum Regium, sed qualitas hujus appellationis, & ejus legitimas detegenda est, & verificanda ex actis omnibus tam gestis in prima instantia, quam & praecipue ex gestis per superiorem de appellationis causa cognoscentem; quoniam quae de novo emergunt, novo indigent auxilio, l. de etate & causa ff. de interrogat. actio. cap. pastoralis, de exceptioni. notatur per Romanum in leg. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. Barb. in rub. Cod. qui admitti. numero 19. Deci. in d. cap. pastorali. numero 5. Hippolyt. in l. 1. §. ult. n. 3. de questio. & singulari 233. & singul. 503. & 512. & 619. Pelaez à Met. in tractatu de major. l. p. 9. 21. numero 18. qui etiam num. 17. dicit, omnem dispositionem semper intelligi rebus sic stantibus, & propter supervenientiam novae causae alterari, leg. quod Servius, ff. de condit. ob causam, ubi latè Jaf. qui plura adducit cap. sequentibus, de decimis. l. 43. titulo 18. part. 3. imò & etiam ipsemet iudex inferior, in quem directum est decretum Regium ex intervallo, per diciturum litis: inter cognoscendum de causa; aliquam sententiam tulerit, oppositam decreto Regio semel dato, necessariò debent de novo recurri ad Senatum eundem vigore novae appellationis non admitti, nec delatae ab eo novo gravamine: prout latius diximus, & probavimus supra, cap. 2. §. 1. versic. & ulterius quid si iudex opposuerit, à num. 16. & sequentibus, & hac nova violentia ex noviter agitatae per eundem iudicem, praecipue detegenda est, & verificanda, quae quidem in dies contingit, & communiter hac praxis praemanibus habetur.

42

43 Ex quibus deducitur, minus bene passasse Cevalium ubi supra, Senatum in specie illius casus, à se relati, cognovisse per viam severitatis, putansque, quod ejus respectu non transeunt in rem judicatum haec decreta super articulo violentiae, sicut nec aliae sententiae, ab aliis tribunalibus latae: quia (ut diximus) in illo casu recursum fuit ad Senatum supremum, eodem modo, quo recurreretur ad eundem Senatum, & audentiam Regiam inferiori, si superior Ecclesiasticus, aut nuntius, qui de appellatione cognoscit, degeret, sub ejus districtu, prout quotidie accidit in iudicibus delegatis Synodalibus, seu aliis, ad quos dirigitur delegata causa appellationis, sive à Romana Curia, sive à Nuntio

Hispaniae:

Hispaniae: & hoc jure utimur, & communiter praedicatur: alia enim via scilicet ad effectum reformandi decreta per viam violentiae lata in audentiis, aut Cancellariis Regiis, haecenus nec visum est; nec auditum, auctori Senatum supremum, nec haecenus in similibus casibus se ipse inromisit unquam, nec ego audivi, ab aliquo etiam intentatum, quia qualitas rei, & natura negotii hoc abhorret, imò in contrarium quam plurimae sunt Regiae provisiones apud Cancellarias, & Regias audentias emanatae ab ipso Rege, quare miror unde Cevallos deduxit tam ridiculam praxim.

48 Praefatam autem nostram resolutionem, qua diximus, posse oppressum, iterum recurrere ad Senatum praetextu integri processus, ut limites, & declares, velim; tunc procedere, quando acta, quae deficiebant, omnino essentialia erant qualitati appellationis, ex eisque detegi evidenter appellationem esse legitimam, quaeque si adfuerint tempore lati decreti Regii, vim fecisse iudicem decerneretur indubiè: alias autem si ita essentialia non sunt, non debet admitti oppressus noviter conquisitus ex hoc capite processus non integri, pro quo facit doctrina Sigismundi Scacciae tractatu de appellationibus, questione 20. numero 13. ubi dicit, quod sententia dicitur nulla ex defectu processus non integri, quando acta, quae defecerunt, erant talia, ut sui natura apta sunt reddere sententiam nullam, non alias. Scacciaem etiam sequitur Giurba decisio 29. numero 5. ad finem post Rotae decisionem.

49 Secundò limitanda est, ut procedat duntaxat in oppresso appellante, qui ex actis diminutis, & non integris semel decretum obtinuit in Senatu contra se; scilicet, vim iudicem non fecisse, ejus appellationi minime deferentem; quia tunc iterum praetextu processus non integri rectè poterit recurrere: factus autem in appellato, in cuius favorem attentaverat iudex. Et ratio differens est evidens: etenim oppressus redit ad Senatum virtute decreti appellationis non delatae, & forte exequutionis subsequuta, quo fundatur violentia, & finis hujus cognitionis extrajudicialis, quia deficiente appellatione cessat vis, & per consequens recurrit, prout latius supra loco diximus, & tunc non habetur respectus ad semel datum decretum in Senatu, quia illud fingitur nunquam adesse, nec est impedimentum, ut haecenus probavimus, quare dum subsistit vis, hac de causa potest iterum recurrere.

50 At è converso, quando scilicet decretum semel latum est contra appellatum, qui declaratum in Senatu est, vim fieri non deferendo appellationi, cum re vera, si integra acta adfuerint, clarè pateret, appellationi ut minus legitimae non esse deferendum: est aliter affirmandum, quia in deferendo iudex vim nullam fecit, & quia nulla adest appellatio, super qua cadat vis, & sic non potest conquiri in Senatu, quia non habet fundamentum, quo possit illud redire, cum non accedat, nec possit per viam violentiae appellatione deficiente: quare si ille admitteretur ad reclamationem, directè foret illi permittere viam juris, & jurisdictionalem, scilicet, querelae, & nullitatis, revisionis, aut supplicationis, quod omnino abist, ut à nostro instituto mero alienum, quia materia subiecta nec patitur, nec est capax illius.

51 Et clarè comprobatur: quia multò majus damnum, & inconveniens consideratur in denegata delatione appellationis legitimae & ea pendente exequi & attentare quia committitur vis notaria, pro qua proflandam adiur Rex; quam in deferendo appellationi minime deferenda: quia tunc ex ea non committitur violentia; quia iudex non deferens iustae appellationi 52 puniatur. Specula. titul. de appellat. §. nunc dicimus ne-

mero 1. libro 2. fol. 193. Philippus Francus in cap. pastoralis 54. sub numero 5. versiculo quinto operatur, & in cap. si debuit 59. numero 42. versiculo in gloss. in verb. ex rationali, & sub num. 43. & clarè in cap. de priori 31. in princ. de appellationibus. Scaccia de appellationibus, questio. 13. à numero 100. ubi latè de diversis poenis, quibus puniatur: Genavian. in cap. ut super, 4. numero 5. versicul. quero an non iradat, de appellat. in 6. Marant. in speculo 6. part. aliu 2. principali in verbo, quandoque appellat, r. numero 210. fol. 487. & numero 399. in 6. questione principali fol. 514. Lancelotus Robertus de attentatis, cap. ult. de poenis attent. numero 250. & 251. fol. 465. Guid. Pop. tractatu de appellationibus, questione 2. num. 11. fol. 58. & questione 120. numero 89. & 94. fol. 61. Calat. Contrarius in leg. uni. questione 19. numero 3. versicul. item puniunt, & iterum in limitatione 27. numero 8. C. si de momentan. possessio, qui etiam tractant, quomodo puniuntur iure civili, aut Canonico.

53 Et tamen si deferat appellationi, minime deferenda, & minus legitima; non puniuntur. Philipp. Franc. in cap. ut debuit, sub numero 43. versiculo in eadem, & in dicto cap. de priori, in princ. de appellationibus, Scaccia tractatu de appellationibus, questione 17. ampliatione 16. numero 61. fol. 281. Calat. Contrarius in dict. leg. unica. limitatione 27. numero 8. Cod. si de momentanea possessione, & sic cum inter utrumque casum tanta detur distantia, & disparitas rationis, nihil mirum, ut oppressus sui appellationis non delatae vigore iterum, sint jam integra, ad Senatum recurrere queat per viam violentiae, quae durat, non sine inconveniente, & scandalo, appellatus autem nullum habet viam, quae possit redire, quia illi vis illata non est, & cum per viam violentiae non recurrit, aliter Senatum adire nullo modo poterit in causis veritibus coram iudice Ecclesiastico, quod quidem verissimum est.

54 Tertiò limitanda est, ut non procedat, quando ipse oppressus in Senatu firmavit, atque etiam asseruit, acta esse integra, quia postmodum etiam diminuta reperiantur, nullatenus audietur, si vellet iterum recurrere ex capite processus non integri, prout bene probat Scaccia dicto cap. 20. numero 14. ubi dicit hunc talem non audiri postmodum, volentem dicere sententiam nullam ex causa processus non integri.

55 Quarto limitanda est, ut tunc procedat vera, quando ex eisdem actis evidenter, & manifestè appareat, illa essentialia acta defecisse, atque non adesse tempore primi decreti, & in hoc cautus debet esse oppressus, ut illa acta ita de novo aggregentur liti, eoque modo & astutia, ut ex ejus petitione, & iudicis, aut notarii responsione, tunc defecisse notoriè appareat in Senatu, ex actorem inspectione; quoniam cum in Senatu nulla sit admittenda extrinsecus probatio de eorum actorem defectu, sicut nec de aliis ad violentiam attingentibus: sed omnia notoriè, & evidenter patere debent ex eisdem actis, ut latissime diximus, & probavimus supra, cap. 2. ideo aliter oppressus audiendus non est: quare caveant Senatores, ne aliter illum admittant; sed si ita manifestè ex actis non constiterit (prout dixi) statim alio non declarato faciant reddi processum notario Ecclesiastico.

56 Unum tamen in hac materia attendere debes, quod si in priori decreto petita est, & obtemperata provisio de aucto diminutos, de qua latius supra, cap. 2. §. 2. & intimata notario fidem faciat, alia non esse acta, sed misisse se processum integrum, & non diminutum: tunc standum est ejus assertioni & certificationi, quia in contrarium alia probatio in Senatu non admittitur (nisi fiat coram iudice Ecclesiastico, prout potest)



potest) & sic ad processus inspectionem deveniendum est: ita tenuit Rota Romana in una Salmantina Canonica. 24. Maii 1595. coram Dom. Blancheto ibi: Non obstat, quod acta non sint integra, quia notarius testatur de continuato registro, fol. 24. &c. quam de cisionem adducit ad literam Joseph. Sese in tractatu de inhibition. cap. 8. §. 3. sub num. 174. eandem etiam ad literam refert Prosperus Farinacius consilio 68. in decis. causar. crimin. numero 13. & 14. Bene etiam facit doctrina Sigismundi Scaccia tractatu de appellatio. questione 20. n. 16. dum dicit, in tantum incumbat onus probandi, acta non esse integra, afferenti, ut maxime procedat, quando copia processus esset a notario intitulata hoc modo (Copia omnium Actorum) tenet etiam obiter Giurba decis. 29. sub n. 13.

57 At tum receditur a fide tabellionis, cum postmodum in eo processu apparent alia acta, quae verè defuerant, tunc enim oppressus non indiget alia probatione, cum ipsa quidem faciat variare fidem tabellionis, contra quem, cum sit laicus, poterit tribunal ob falsitatem procedere, & convictum punire, & graviter animadvertere, nisi aliter de sua innocentia vel appareat, vel doceat, scilicet, illa acta penes iudicem remansisse, eo tamen inficio.

58 Obiter tamen ex superscriptis unum non omitam,

quod distinguendo asserit Giurba decis. 29. n. 7. cum sequentibus, sequutus Muscatellum de appell. part. 1. glossa prosequendum, num. 57. 58. & 59. quod tunc erit nulla sententia ex actorum diminuta transportatione; si appellans sit in dolo, secus si in dolo non sit: sed miror tantos viros loqui adversus communem, & absolutam Doctorem, & Rotæ decisionum receptam sententiam, de qua nos supra, versiculo primo quoniam, à num. 12. qui omnes proficiuntur, sententiam ex capite actorum non integrorum esse nullam indistinctè ex rationibus de quibus nos supra, c. 2. §. 2. à princ. ubi etiam quia absque integris actis veritas deduci non potest; ergo sententia nulla dicenda erit: & quia si etiam omnibus actis integris iudex ferat sententiam in tam brevi tempore, quod præsumatur acta non vidisse, vel nullam, ut diximus infra, 3. part. cap. 9. à n. 214. absque distinctione, an adsit dolus, necne; multò fortius ubi iura non inspicuntur, quia deficient; & quia passim videmus in iure, sententiam esse nullam ex defectu cujuslibet substantialis actus absque distinctione, an adsit dolus, vel non. Fateor etiam quod si adest dolus appellantis, etiam ex hoc capite simul dicitur nulla sententia ex non integris actis, non tamen est necessarius, & ita prædictorum Doctorem opinio nullatenus admittenda erit ratione carens.



# TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE

Vi Oppressorum Appellantium.

## PARS SECUNDA.

### CAPUT I.

A sententiis merè interlocutoriis, vel vim diffinitivæ, damnum irreparabile, vel præjudicium causæ principali habentibus; an, & quando iudex Ecclesiasticus vim facere dicatur, appellationi non deferens, ad clariorem intelligentiam legis Regiæ, & decreti Tridentini.

### SUMMARIUM.

- 1 Lex Regia 37. tit. 5. lib. 2. recop. declaratur.
- 2 Appellatio à merè interlocutoria sententia omni jure prohibita est.
- 3 Appellatur de jure canonico non solum à diffinitiva vim habente sententia, & damnum irreparabile continente, aut causa principali præjudiciali; verum etiam à merè interlocutoria.
- 4 Hodie attentæ dispositione Concilii Trident. sess. 24. de reform. c. 20. non appellatur à merè interlocutoria, sed à diffinitiva vim habente, damnum irreparabile continente, vel præjudicium gerente causa principali.
- 5 Idem in causis criminalibus disposuit Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. in fin.
- 6 Dispositio Concilii Trident. cap. 20. procedit in interlocutoria lata tam à iudice ordinario, quam à delegato, & tam in prima, quam in secunda instantia. Omnis dispositio, per quam redactum est ad jus commune, favorabilis est, & amplianda, ibid.
- 7 Appellare non licet de jure civili, & regio ab interlocutoria, nisi à diffinitiva, & diffinitiva vim habente, vel damnum irreparabile continente.
- 8 Regia majestas vestigiis semper Concilii Tridentini decretorum, maxime in violentiarum cognitione, inheret. Appellatione interposita ab interlocutoria vim diffinitiva habente, vel damnum irreparabile continente, vel præjudiciali causa principali non sit delata, processus irabitur ad Senatum permissu legis Regiæ d. 37. ibid.
- 9 Appellatio non licet à citatione valida verbali, etiam jure civili.
- 10 Appellare non licet à citatione virtute rescripti emanata, sed præcisè citatus teneatur per se, vel per procuratorem comparere, suas exceptiones allegando.
- 11 Citatio realis dicitur captiva persona. Quæ in causa civili non nisi in casibus remissivè positus fertur, ibid.
- 12 Appellatio à citatione reali non datur saltem quoad effectum suspensivum. Alia est appellatio à captiva, alia à precepto de capiendi, quod est ipsa citatio realis, ibid. Salgado de Protect. Reg.

- 13 Appellatio nullatenus erit admittenda à precepto de capiendi, seu incarcerando ad effectum suspendendi executionem ipsius.
- 14 Iudex, qui reum incarcerare jubet, non obstantibus appellatione, non innovat, sed jus publicum, ut delicta puniantur, conservat.
- 15 Appellatio si reum relaxaret à captiva, frustratorium esset, carceres edificare.
- 16 Quod dilationem non patitur, non suspenditur per appellationem.
- 17 Captiva non recipit dilationem, quia periculum esset in mora. Fuga periculum sufficiens est ad impedendam, & excusandam citationem. Citatio est de jure naturali & divino, ibid.
- 18 Appellatio datur à male formata inquisitione, videlicet, in casu, quo non debuit formari; secus est si ex capite ignorantie male formata dicatur, à qua non appellatur.
- 19 Appellatio licet à citatione civili continente breviorum terminum, quam oportet at concedi. Citatio continens ita nimis brevem terminum, ut intra eum non possit comparere, citatus, nulla est, & citatum non arctat, ibid.
- 20 Appellare licet à citatione verbali, vel civili peremptoria, qua delationes abbreviantur.
- 21 Appellare licet à citatione verbali facta ad locum non tutum.
- 22 Appellare licet à citatione reali, vel captiva, quando captus dicitur in locum suspectum, & non tutum.
- 23 Locus dicitur non tutus, quando quis citatur ad locum peste, vel aeris contagio corruptum. Exceptio citationis loci non tui potest allegari à quocumque nomine gravati sine madata, vel satisfactione, ibid. Appellare licet à citatione verbali, à non citando, veluti quando delegatus cognoscens virtute rescripti contra unum in eo contentum, citat alium non contentum, etiam virtualiter, ibid.
- 24 Iudex tenetur admittere exceptiones dilatorias, vel peremptorias. Appellare licet à iudice non admittente legitimæ exceptiones, ibid.
- 25 31 & 32. Gravamen vexationis, seu fatigationis dicitur, quando iudex declarat, exceptionibus oppositis non obstantibus, ad ulteriora procedendum, sive sit declaratio tacita, sive expressa, & quod in hoc casu legitime appellatur.
- 26 Iudex litigare cogens tempore et indebito, facit gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva.
- 27 Factum insectum esse non potest. A iudice pronuntiante nullam ex exceptionibus oppositis esse admittendam, legitime appellatur, ibid.
- 28 A iudice rejiciente exceptionem peremptoriam, licite appellatur, quia talis sententia vim habet diffinitivæ. Opponens exceptionem litis pendentiæ, seu prævencionis, M jurisdi.